

05

A

1744





I. N. J.
DISPUTATIO THEOLOGICA
De
SESSIONE AD DEXTE-
RAM PATRIS

Ex Psalm. 110. v. 1.

*Dixit Dominus Domino meo: Sede à
dexteris meis.*

SUB PRÆSIDIO

Viri plurimum Reverendi Prælarissimi atq; Excellentissimi


Dn. JOHANNIS HÜLSEMANNI,
SS. Theologiæ Doctoris & Professoris Publici,
Præceptoris ac Promotoris sui suspiciendi

Publice ventilanda proponitur

M. ALBERTO GUNZELIO, Fac. Phil.
Adjuncto.

In Auditorio Majori

die 19. Maij.



WITTEBERGÆ

Typis JOHANNIS RÖHNERI, Acad. Typogr.

Anno clō lo CXL.



05 A 1744



Psalmi CX Versus primus.

נָאֵם יְהוָה לְאַרְנֵי שֵׁב לְיְמִינִי
עַד-אַשִׁית אִיבֵיךָ הַדָּם לְרַגְלֶיךָ:

Dixit Dominus Domino meo, sede ad dexteram meam; donec ponam inimicos tuos scabellum pedibus tuis.

SECTIO PRIMA

De

Objecto præsentis Dicti.

§. 1. Objectum præsentis dicti est *Christus*; sicuti idem quoque *Christus* totius Psalmi objectum est, in V. T. promissus, nobis in Novo exhibitus. Unde graphicè Augustinus in hunc locum Col. 1275. *Ex promissionibus in V. T. à Deo pronunciatis est Psalmus iste, Dominum & Salvatorem nostrum Jesum Christum, certè aperteque prophetans, ut omninò dubitare non possimus, Christum annunciari, sicuti in hoc toto Psalmo, ita & in hoc membro Psalmi. Lutherus quoque Tom. VII. Jen. Germ. fol 305. ubi Psalmum explicat: Dis ist der rechte hohe Haupt Psalm von vnsern Herrn Jesu Christo etc. von seiner Auferstehung/ Himmelfarth vnd ganzen Reich so klar geschrieben/ daß defgleichen nirgends in der Schrifft des Alten Testaments zu lesen ist. Athanasius pari modo Psalmum istum commendat. quod in eo æterna Filij Dei natiuitas contineatur, & ascensio Christi in cælum, sessioque ad Patris dexteram. Cassiodorus comparat istum Psalmum cum principio Evangelij Johannis. Deinde vocat quendam Solem fidei nostræ,*

speculum celestis arcani, armarium sanctarum Scripturarum, & compendium utriusq; Testamenti. Consuetudo videtur inde pro-
manasse, quod Ecclesia non modò olim, sed plerunq; etiam hodiè
in omnivespertino Festivo officio Psalmum istum primo subindè
loco frequentaverit. *Lorinus.*

§. 2. Probatio thesios quoad dictum præsens datur, i. ex *Christi
& Apostolorum allegatione.* Septies namq; repetitur hoc dictum,
in Novo Testamento & ad Christum applicatur, *Matth. 22, 43
Marc. 12, 36. Luc. 20, 42, 43. Act. 2, 34. 1. Cor. 15, 25. Heb. 1, 13. cap.
10, 12.* Et Christus quidem ipse *Matth. 22, 43. Marc. 12, 36. Luc. 20,
42.* exindè suam divinitatem demonstrat: sicuti Petrus *Act. 2, 34.*
Messiæ Majestatem & exaltationem: Paulus autem: *Heb. 10, 12.*
& *1. Cor. 15, 25.* perfectissimam ab omnibus hostibus, virtute Chri-
sti, liberationem, & *cap. 1, 13.* Christi præ angelis dignitatem.
Notanda quoq; hic est oppositio, quæ à Spiritu S. additur, tantam-
nempè dignitatem (puta sessionem ad dexteram Patris) nec Davi-
di competere, uti ex *Act. 2, 34* patet; nec ipsis Angelis *ad Heb 1, 13.*
Accedit & id, Judæos nunquam contradixisse citationi hujus ver-
sus, de Messia factæ, sed potius silentio suo id ipsum approbasse, si-
cuti clarè patescit hinc inde in Novo Testamento præsertim,
Matth. 22, 45.

§. 3. Thesis 2. probatur *ex contextu Psalmi.* Quæ enim de
personâ, regno, sacerdotio, passione & exaltatione Messia in hoc
Psalmo prædicantur, nulli alteri, quam Christo conveniunt.

§. 4. Antithesis tamen movent *Judæi*, qui ut Messiam exalta-
tionem suâ privent, dicto hoc præsentem prædictâ, variè detorquent
Psalmum. Legi possunt hac de re *Lyranus, Genebrardus, Lorinus in
b. l. & Galatinus l. 3. de arcanis Cathol. verit. cap. 5. ut & l. 8. c. 42.
Gerhardus etiam in harmon. Evang. cap. 157. pag. 1415.*

§. 5. Duas autem potissimas *Judæi* habent sententias hoc de
dicto: *vel enim de Abrahamo, vel de Davide* putant esse intelligen-
dum.

§. 6. De Abrahamo intelligunt *Rabbi Salomo Jarchi, R. Aben
Efra, & R. David Kimchi*, sicuti videre licet ex commentariis, quæ
extant in opere Biblico tam Veneto quàm Basilensi. Ipse Hiero-
nymus quoq; in cap. 22. *Matth.* de hac *Judæorum malitiâ* testa-
tur,

tur, quando ait: *Judæi intelligunt hunc Psalmum de Abrahamo in personâ Eliezer servi ejus decantatum, quod post eadem quinq; Regum Dominus Deus, Domino suo Abrahamo dixerit, sede à dextris meis.*

§. 7. Verùm hujus sententiæ falsitatem demonstrat 1. *Rabbinicarum sententiarum incertitudo.* Etenim *Jarchi* primò totius Psalmi verba ad Abrahamum applicat, deindè verò statim mutat animum, & eadem Psalmi verba in Davidem reflectit. *Aben Esra* duram ait esse sententiam de Abrahamo, cum hiç etiam mentio fiat *Zionis vers. 2.* quæ fuisset arx Davidis: quasi non etiam *Melchisedech de Salem*, ubi *Zion* erat, fuisset, qui Abrahamo panem & vinum obtulit *Gen. 14, 16.* *Kimchi* autem prius etiam de Abrahamo explicat, & applicat quoque ipsi verba
נָתַן כֶּהֵן לְעוֹלָם עַל דְּבָרָתִי מִלְכִּי — צֶדֶק
tu es sacerdos in æternum secundum ordinem *Melchisedech*: Suâ tamen futilitate expensâ, ait: *sensu simplici ac literali de Davide exponendum esse hunc Psalmum.* Sicuti idem quoq; dictum *Rabbi Abraham* & *R. Moses* Davidi applicant, referente id *Cuneo l. 3. de Repl. Jud. cap. 3. pag. 326.* contra receptam in Ecclesiâ nostrâ sententiam, & scripturæ assertionem, quæ confitetur, non Davidem, sed Christum *Melchisedech* in hoc loco assimiari, non modò officij, sed & ratione personæ. Licet ipse *Cuneus* quoque paulò aliter hac de re sentiat in laudato loco, cum autemet, *Melchisedechum fuisse ipsum Christum, ipsum filium Dei*, atque ita typi rationem tollat. Sed vix cum scriptura loquitur.

§. 8. Deindè destruit hanc sententiam, *Rabbinorum antiquorum contradictio.* In *Midras Tehillum* hoc loco sic legitur. *Dixit R. Joda, in nomine R. Hanne, futurum est, quod Deus Messiam sedere faciat ad dexteram suam, sicut scriptum est, Dixit Dominus Domino meo, sede &c.* *Eugubinus R. Moses Haddarsam* & *R. Jsaac* adducit, hunc Psalmum de Christo loqui attestantes: addit *Valentia R. Barachiam, Gnebrardus R. Moysen Nabamanidem* citantem alios; *Galatinus* plures refert, *l. 8. de arcanis Cathol. verit. c. 24.* *Mynsterus* adducit librum *Kibbuzim*, ex quo probat hunc Psalmum esse intellectum de Christum. *Targum* quoque *Jonathanis* versum 1. *Psal. 110.* de verbo Domini exponit: *Dixit Dominus לְמִימְרָה* verbo suo, sede ad dexteram meam.

§. 9. Qui de Davide interpretantur, urgent illud quod mentio Sionis fiat, ex quâ David jura dedit subjectis populis. Sed illos omnes refellit 1. Contextus Psalmi, cum nullus eorum de quo Judæi fabulantur, sederit ad Dei dexteram, & habuerit æternum sacerdotium. 2. Tacita Pharisæorum confessio confundit Judæos: nam liquidò inde constat, Judæos, cum adhuc Dei populus essent, sine ullo scrupulo hunc Psalmum de Messîâ intellexisse. 3. Varietas quoq; interpretationis vel potius detorsionis, hinc inde inscriptis Rabbînorum contradictoria, meritò ipsorum sententiam suspectam reddit.

§. 10. Nihilominus tamen Calvinus assentitur ex parte hoc l. Judæis, qui in commentariis in hunc autumat primū hujus Psalmi verbum congruere quoq; posse Davidi. Quibus conformia quoq; habet Vat ablus in notis. Et Enjedinus quoque Calvino sese jungens, ait: dictum hoc literaliter de Davide, mysticè de Messîâ esse intelligendum, in detors. locor. p. 81. Sed 1. refellit ipsos ipse tenor verborum, Dixit Dominus Domino meo, sede &c. præpostera namque esset oratio, si David, cui Psalmus in titulo tribuitur, de seipso diceret, Dixit Dominus Domino meo; ac si David sui ipsius Dominus esset. 2. Manifesta est inter Davidem & Christum respectu sensus & subjecti verborum istorum oppositio, Act. 2, 34.

SECTIO SECUNDA.

Analyfin Grammaticam & Philologicam exhibens.

§. II. Prima dicti vox est **דָּבַר** dictum, oraculum, dictum indubitatum. Nomen participiale à radice **דָּבַר**, unde semper subjungitur in Biblijs Genitivus persone loquentis; præterquam Jer. 23, 31. ubi cum suo verbo conjungitur **דָּבַר וַיִּמְדַּבְּרוּ** & dicunt dictum. Ubi tamen ex cohærentiâ textus apparet, vocem istam, non habere vim simplicis accusativi, sed propositionis integræ, per ellipsin omisâ dicentis mentione, videl. JEHOVÆ, ut sensus sit, dicunt Pseudo Propheta dictum Jehova, sicut patet ex

ex

ex vers. 17. & 32. Unde *Vatablus* ad hoc dictum, *sermo Jehova, verbum Jehova*, id est, *dixit Jehova*. Vertitur ut plurimum *verballyter*, non modò à Latinis per *dixit* & à septuaginta interpretibus per *εἶπεν*, sed & à Jonathane in Targhum & ab Onckelos similiter in Targhum, non modò in hoc l. per *דַּבַּר* sed & *Gen. 22. 16. juravi, וַיִּדְבַּר דְּבַר דְּיְיָ* dictum Dei, seu dicit Dominus: Targhum Onecklos *דַּבַּר דְּיְיָ* dixit Dominus. Sic etiam *Num: 14, 28. 1. Sam: 2, 30. 2. Sam: 23, 1. & alibi passim.*

§. 12 Usurpatur autem ut plurimum de oraculis, sive dictis certissimis, indubitatis & fide dignis, unde Deo propriè tribuitur usque quaq; veraci; ut hinc quoque *vel Jehovæ nomen* ut plurimum addatur *Gen: 22, 16 Num: 14, 18. Esa. 1, 24. & cap. 3, 15. vel nomen illius, qui Θεοπνεύσως loquitur Num: 24, 3, 4, 15, 16. 2. Sam: 23, 1. Prov. 30, 1.* Sunt exindè, qui hoc existiment expressum per illud Pauli, *πιστὸς ὁ λόγος*, quod præponere solet rem subjecturus certam & indubitatum, *1. Tim: 1, 15. cap. 3, 1. c. 4. 9.* Faciunt insuper duo sibi invicem hæc relativa *הַאֱמִינָה* & *דְּבַר דְּיְיָ* quod fides ex indubitato Dei verbo dependeat. *Pagninus in Lexico tum Merceri notis.* Improbitali hæc vox quandoque si tribuitur, per *Prosopopæiam* contingit, ut *Psal. 36, 1. confer Esa. 59, 12. Jer. 14, 17.*

§. 13. *Secunda vox est יְהוָה, שְׁמֵהּ רַבָּה, שֵׁם הַנְּכָבֵד, nomen, ut vocant, gloriosum, à radice הָיָה.* Unde *Jehova* dicitur *Deus*, quod semper idem sit & fuerit, nec mutetur unquam, vel quoad essentiam, vel quoad promissiones. Sicut ipse se ita nuncupat *Exod. 3, 14. c. 6. 3.*

§. 14. Estque nomen *הַמְיוֹחָר* *Solius Dei proprium, Reuchl. de arte caballist. l. 1. fol. 19. Flacius part. 2. tract. 6. col. 626. 627. 628. 629. 1.* Uui enim & soli Deo competit. 2. nullibi præpositum, habet *הַ* Emphaticum. 3. Affixa non apponuntur. 4. Nullibi in regimine ponitur. Ut Photiniani frustra hinc militent contra hoc ipsum.

§. 15. Sunt qui dicunt omnia tempora in hac voce *יְהוָה* notari; *Scheva* sub Jod esse notam futuri; *Cholem* participij Benoni seu præsentis; *Kamets* præteriti, atque ita videri Spiritum Sanctum hanc

hanc vocem expressisse *Apoc. 1, 4*. Alii Trinitatis mysterium hinc quaerunt, & autumant, per *Jod* tanquam principium omnium literarum notari Patrem tanquam fontem Trinitatis. η significare Filium: Geminum autem geminas ejus naturas: *Vau* verò Spiritus S. notam esse, qui sit æternum vinculum Patris & Filij. *Galatinus l. 2. Cathol. verit. cap. 10. Jansenius in harmon. p. 942.*

§. 16. Tertia vox דְּוֹנִי Domino meo, sive ad Dominum meum. η enim utrumque notat. Notandum verò, hoc l. non esse alterum illud דְּוֹנִי cum *Kamets* in fine, quod idem est ac יְהוָה nomen Soli Deo proprium: Sed nomen appellativum דְּוֹנִי Dominus, cum affixo primæ personæ; quod quidem etiam Deo tribuitur *Exod. 23, 17. Job. 3, 11. Psal. 136, 3. ut* hinc ab Hieronymo etiam in *Epist. ad Marcellam Tom: III. pag. 95.* inter decem Dei nomina refertur; sed non soli Deo, verum etiam hominibus tribuitur *Gen. 18, 12. c. 23, 6. c. 45, 8. Psal. 105, 21.* Quare ex solo hoc nomine Messiae attributo ejus divinitas demonstrari non posset; demonstratur autem, tum ex dominij ejus hinc tradita descriptione, tum ex cognati nominis & verè divini דְּוֹנִי attributione *vers. 5.* tum ex correlatione quod Dominus Davidis appellatur.

§. 17. Licet enim Pater h. l. *DEUS* vocetur, non tamen circò tollit Filio divinitatem, *personaliter* enim ita vocatur: Sicuti nec Christus Dominium Patri tollit, cum *Dominus* dicatur. Occasione vocis *Domini*, quâ Christus appellatur, in mentem revocamus id, quod observatur in *To. N. scil. in eo ipso ut plurimum nomen Dei attribui Patri: nomen autem Domini attribui Christo:* nunquam tamen eo fine ac si Pater non esset Dominus; sed causa appellationis videtur esse hæc 1. quia Christus simul & Deus & homo est; quo David, videtur respexisse in h. l. & nos in Symbolo nostro Apostolico profiteamur nos credere in *Deum Patrem, & in Jesum Christum Dominum nostrum.* 2. quia pretio sanguinis comparavit sibi Dominium universi *1. Cor. 6. v. 19. 14.* Illud quoque observatum est, quod *Christus ante passionem sapius fuerit vocatus Magister, quam Dominus:* crevit enim post resurrectionem reverentia erga eum; unde licet ab *Evangelistis* Christus nonnuquam magister appellatur: à *Paulo* nunquam ita dicitur.

citur. Huc refer *vers. 3. c. 1. Epist. ad Eph.* Nomen enim Dominiij videtur plus inferre, quam Nomen Magisterij: cum inferat unam cum superioritate summi potestatem & Majestatem.

§. 18. Porro textus לְיָמֵינִי שֵׁב habet, *sede ad dexteram meam.* Galatinus refert *l. 8. c. 24.* Chaldaeam Paraphrasin Jonathanis Hebraeum exactè exprimere, הֵיב לְיָמֵינִי; Syriaca Paraphrasis tūm Psalmodum quam Erpenius divulgavit, tūm N. Ti, perindè legit, nisi quod pronomen *tibi* ex more suo interjiciat לְךָ מִן יָמֵינִי id est, *sede tibi ad dexteram meam.* Istud tamen pronomen abest in epist. ad Heb. *1. 13.*

§. 19. שֵׁב à radice יָשַׁב quod ab humanâ consuetudine, qua Reges dicuntur in solio sedere, significat *imperare, regere, in dignitate esse* Exod. *11 5. c. 18, 13.* Jud. *5, 10. 1. Reg. 1, 13.* Mat. *37, 19.* Job. *19, 13.* Act. *12, 21.* Atq; hîc opponuntur עָמַד & נָצַב verba יָשַׁב τῶν standingi significationem habentia. Sicuti enim hæc ministris communiter tribuuntur: ita illud verbum sedendi tribuitur illis, qui sunt in dignitate constituti. Metonymicè significat *judicare* & hominibus attribuitur, Mat. *19, 28.* Luc. *22, 30. 2. Thes. 2, 4.* ἀνδρῶν ὀπισθῶς summo quoque judici attributum legitur Psal. *9, 8.* Ps. *29, 10.* Esa. *40, 22.* Ezech. *1, 26.* Secundariò quoque sensum *quiescendi* habet, sicuti ita legitur Gen. *49, 24.* Ps. *125, 1.* Ps. *113, 9.* quæ significatio hîc quoque non admodum aliena est. Cum Deus & Christus Regnum suum pacatè & immutabiliter obtineant.

§. 20. לְיָמֵינִי *ad dexteram meam.* Ubi subintelligitur יָד manus, LXX habent. ἐν δεξιῶν μου, ubi subintelligitur, μερῶν. Præpositio ἄδ per ἄδ ad, penes, *juxta*, *vers. 5.* redditur. In Græcâ versione & N. To. respondet ei præpositio ἐν, quæ quandoque *juxta* significat Mat. *22, 43.* Marc. *12, 36.* Luc. *20, 43.* Act. *2, 34.* Alibi per ἐν vertitur, ἐν δεξιῶν Rom. *8, 34.* Eph. *1, 20.* Col. *3, 1.* Ebr. *1, 3. c. 8, 1. c. 10, 20. c. 12, 35.* perinde ut Psal. *16, 11.* בְּיָמֵינִי in dextra tua. Ubi itidem agitur de mysterio nostræ salutis; aliquando abest præpositio & Dativus ponitur τῇ δεξιῶν Act. *2, 33. c. 5, 31.*

§. 21. Vocem ipsam quod attinet יָמֵינִי singularis est & notat *dexteram meam*, septuaginta verò pluraliter vertunt, καὶ ἐν

B

δεξιῶν

δεξιῶν 118. Quem loquendi modum imitantur Scriptores N. Ti.
 Matt. 22, 44 Marc. 12, 12, 36. Luc. 20, 42. Ebr. 1, 13. Act. 2, 34. Ubi
 tamen paulò ante singularis adhibetur vers. 33. τῆ δεξιᾷ τῆ δεξ
 ὑψωθεῖς. Sicuti etiam singularis adhibetur Heb. 8, 1. c. 10, 12. c.
 12, 2. quæ collatio ostendit, usum vocis hujus esse indifferentem.
 Curiosus est *Valentia* peculiarem inde volens emphasin eruere,
 quando ait in hunc locum; *notanter dicitur, sede à dexteris & non
 ad dexteram, quia bona Patris in quibus Filius residet non sunt unum,
 sed multa, scil. summum Imperium, summum sacerdotium, summum
 iudicium, summa adoratio.* Sed licet ista vera sint, ex voce tamen
 Ebræa, quæ singularis est, & numero plurali, in To N non sat
 congruè eruuntur.

§. 22. Falsus est conceptus Chaldæi Paraphrastæ, illius qui
 putatur esse *Josephus Cæcus*, qui ut de Davide commodius inter-
 pretari dictum præsens possit, vertit vocem יְבִיטִי *super Benjami-
 nitas*. Nam ita decurtatè alibi accipitur pro Benjaminitis 1. Sam.
 9, 1. Jud. 19, 16. Esth. 2, 5. Sed detorsio textus est.

§. 23. דוּוּנָא - וְ Donec ponam, וְ donec, videtur refragari æ-
 ternitati Imperii Messia, quæ tamen ubique celebratur Psal. 16, 11.
 Psal. 45, 7. Dan. 7, 13, 14. Luc. 1, 33. Ebr. 10, 12. ac si regnaturus esset
 Christus tantùm usque dum victi essent hostes ejus. Mollerus
 ut ista loca conciliet, וְ non ut adverbium temporis sed ut con-
 junctionem causalem accipi debere, ait: Unde vertit *Sede à dex-
 tris meis, Ut ego tibi subjiciam inimicos tuos.* Sed exempla hujus
 significationis nulla allegat. Alii putant vocem hanc naturâ suâ
 inferre perpetuitatem, cum nominaliter sumpta sæpius id significet
 Job. 20, 4. Psal. 9, 6. Psal. 111, 3. Prov. 12, 15. Esa. 9, 5. c. 45, 7. c.
 57, 15. Eab. 3, 5. Pagninus in Lexico.

§. 24. Verùm licet hæc vox sit *determinativa loci & temporis* ut
 Gen. 19, 22. Lev. 12, 4. Act. 24, 26. Gal. 4, 2. peculiaris tamen in hoc,
 & quibusdam aliis locis est acceptio ejus, continuitatem & per-
 petuitatem inferens, non in se, sed per consequentiam, & ob id, cui
 additur. Explicatur enim hîc id, in quo difficultas esse poterat,
 ipsaque continuatio rei sessionis scilicet Christi ad dexteram Dei,
 præsupponitur.

§. 25.

§. 25. **נָשִׂיתָ** Primum fut. in Hiphil à radice **נָשָׂה** *posuit*, *constituit*. Emphasis ex loquente dependet subjecto, qui est Jehova. Is non dicit, *donec ponantur*, sed *donec ponam*, ut hinc moneamur, non esse potestatis humanæ, tantos hostes prosternere, sed omnino divinæ.

§. 26. **אֹיְבֹיֶיךָ** *Inimicos tuos*, à radice **אָבַד** *Odio habuit*, cui opponitur, *concupivit*, *conquisivit*. Sæpius significat **אָבַד** *perduellem*, sicuti **אֹיְבֵי** *exquiritissimam inimicitiam* seu *πόλεμον ἀσποιδον* sicuti colligitur ex *Gen. 3, 16. Deut. 28, 57. Psal. 7, 6*. Talesque hostes sunt vel *invisibiles*, quales sunt ingens Diabolorum colluvies, *Matt. 12, 29. Job. 14, 30. Apoc. 12, 17*, mors temporalis, infernus, peccatum 1. *Cor. 15, 6. Heb. 2, 14*. Vel *visibiles*, ut mundus *Job. 16, 33*. & omnes Impij *Psal. 2, 1, 2, 3. Psal. 99, 1*. Sive *extra Ecclesiam*, ut Turcæ, Judæi, Tyranni, sive *in Ecclesia*, ut Anti Christus, 2 *Thes. 2, 3, 4*. Item hypocritæ & peccatores præfracti.

§. 27. **לְרַגְלֵיךָ** *Scabellum pedum tuorum* sive *pedibus tuis*. Junius & Tremellius Anastrophem esse putant, & præfixi ל Metathesin, ut sit pro **לְרַגְלֵיךָ** quæ constructio est in *Psal. 99, 5*. sed displicet quibusdam qui in posteriori, ל genitivi notam esse asserunt. Ubique tamen idem sensus est. Sumta in metaphora à victoribus, qui hostes devictos pedibus suis subjiciunt conculcandos *Jos. 10, 24, 1. Reg. 5, 3. Jud. 1, 7. Psal. 18, 9. Psal. 47, 5. Psal. 91, 13. Esa. 51, 23*. Videtur hac posse referri proto Evangelij promissio *Gen. 3, 15*. de capite serpentis conculcando. Sunt tamen, qui in *bonam partem* accipiunt phrasin, *poni in scabellum pedum Christi*, ac si per pænitentiam omnes inimici Christi pedibus ejus adhuc advolvendi essent. Ex quâ explicatione *Origines* quoque sibi somnia fingit, de Diabolis aliquando salvandis. Alij *conjunctim* tam in bonam, quam in malam partem accipiunt, ut sensus sit: *donec plenariè tibi subjiciam vel adoptatos vel victos: ut sub te omnes locum teneant, sive gratiæ sive pœnæ. Hugo de Caro in hunc locum.*

§. 28. Verum enim verò, scopo loci, & Apostolicæ allegationi 1. *Cor. 15, 14*. & analogiæ fidei magis convenit, si non de *honorificâ*, sed ignominiosâ hostium subjectione & consternatione,

quæ fit in inferui cruciatibus, explicetur: Huc facit *Psal. 138, 18.*
inimicos ejus (Messia) induam pudore.

SECTIO TERTIA.

Analyfin Theologicam exhibens.

§. 29. Ut Theologicè resolvamus præsens dictum, tria in eodem notare volumus. I. *De Christi ad dexteram Dei sessione divinum consilium.* II. *Ipsius sessionis præconium.* III. *Diuturnitatis testimonium.*

§. 30. Consilium de sessione Christi initialibus Psalmi verbis putamus enunciari, *Dixit Jehova*, vel secundum idioma Hebraicum, *dictum Jehova Domino meo* sive *ad Dominum meum*, ut, si de consilio loqui velimus, de hac enunciatione dicendum sit: *dixit Dominus Domino meo.* Ipsum propositionis *Subiectum Jehova est*; quod *vel essentialiter* de totâ Trinitate, *vel personaliter* de unâ Trinitatis personâ usurpatur: ubi contingit, consideratio textus faciliè perspicuum facit. In hoc loco de primâ personâ dici, & Dei Patrem designari, relatio Filij, quæ à Davide statim subjungitur, satis demonstrat. Sunt exindè nonnulli Theologi, qui Trinitatis mysterium ex hoc loco elicere audeant, ac si *Pater Jehova* h. l. loquatur, *ad Davidis Dominum* qui est Filius, secunda Trinitatis persona: *David autem in Spiritu*, sive *per Spiritum S.* hoc proferat, *Marc. 12, 36.* *2. Sam. 23, 2.*

§. 31. *Prædicatum* verò enunciationis est, *Dixit Domino meo*, *יְהוָה לַדְּבָרִים*, Ubi in *τῷ ΔΝ*, præter ea, quæ supra dicta sunt, quod certitudinem vaticinij importet, & ut plerimum de Oraculis divinis usurpetur, illud notari debet, quod in hoc personarum Trinitatis colloquio, secundum Scripturæ explicationem, *tria* subinnuantur.

§. 32. Primo, *Certum & æternum decretum Dei, ab æterno factum*, quod Filius ex Patris substantiâ genitus, in plenitudine temporis humanam debeat naturam assumere, pro genere humano pati & mori, postea gloriosè resurgere, cœlum ascendere, & ad dexteram Dei exaltari Est enim Christus agnus ille *ωρεγεννωσ μένος* ante mundi
di

di constitutionem 1. Pet. 1, 20. Unde etiam τὸ ΔΝΙ per עֲשֵׂה exponitur in vers. 4. hujus Psalmi, ad indicandum τὸ ἀμετάθετον τῆς βουλῆς τῆ θεῶ Heb. 6, 17. Ut enim λόγος est quidam ἔσω, sive ἐνδιάθετος; ita dicere Hebræis idem est, quod cogitare, decernere; ita de decretis Dei exempla sunt Ps. 2, 7. Esa. 45, 23. cap. 64, 10. Sicuti de decretis hominum, Ecclesiastæ, 2, 1. 1. Sam. 1, 13. ubi LXX. vitalis ait: λαλεῖν ἐν τῇ διανεία: ut inde dicere à Chaldo quoque interprete per ܕܢܝ decernere sæpius exponatur.

§. 33. Secundo: decreti illius in genere humano patefactio, quæ h. l. facta est Davidi per Spiritum S. & per Davidem hominibus, ut cognoscentes Jesum Christum vitam æternam habeamus, Job. 17, 3. Revelavit autem Deus hoc in tempore, vel ante datum Messiam, vel post datum Messiam. Ante datum Messiam revelavit Deus vel immediatè, ut Gen. 3, 11. vel mediatè per Prophetas & Patriarchas, sicuti h. l. Ps. 110, 1. Act. 3, 8. c. 10, 43. Post datum Messiam revelavit hoc decretum vel per ipsum Christum, Job. 1, 18. Heb. 1, 13. Matth. 22, 45. Hinc audire tribuitur Christo, quod τῷ dicere respondet Job. 8, 26: vel etiam per Apostolos hoc decretum in toto mundo fuit promulgatum. Ut ita λόγος ἔξω, sive προφορικὸς per isthanc promulgationem significetur, nam τὸ dicere significat sermone quid proferre, Gen. 21, 1. Jer. 7, 22.

§. 34. Tertio. Decreti executio. Quod enim Deus ab æterno decrevit, illud in tempore complevit. Dei enim dicere est facere, ac τὸ ܕܢܝ Ebræis non modò notat sermonem, sed & rem, ut ita non verbo tantum vocali, sed & re ipsa istud dixerit. Sicuti enim hoc dicente omnia facta sunt Gen. 1, 3. Ps. 33, 6, 9. Psal. 135, 5. ita & hoc dicente, sessio ad dexteram Patris consummatè est completa.

§. 35. Hinc ΔΝΙ Videtur esse omnium temporum; præteriti, ob divinum ab æterno factum decretum; præsentis, ob factam Davidi revelationem; futuri, ob factum complementum; eò enim tempore nondum exerat, cum hæc Davidi revelarentur. Quæ tamen significata, non sunt contraria, sed amicè sibi subordinata.

§. 36. Colligunt inde non nulli, quanti sit ponderis opus incarnationis. Ut enim in primà creatione hominis Gen. 1, 6. consilio & deliberatione Trinitatis opus fuit; sic vicissim in ἀνακτίσει personæ Trinitatis consilium inierunt.

§. 37. Sunt etiam inter Pontificios aliqui Theologi, ut *Hugo de Caro, Jacobus Perez de Valentiâ, Maldonatus & alij*, qui putant, dicere h. l. æternam Filij generationem ex Substantiâ Patris significare, ut sensus sit: *Dominus Domino dixit, i. e. Pater Filium genuit.* Licet autem fateamur, λόγον θεῶ ἐνδιὰθετον, nonnunquam pro λόγῳ ὑποστατικῷ poni, ut *Pf. 2, 7.* & nomen Filij Dei, quo λόγος appellatur, generationis modum pro fundamento habere, quod scilicet per analogiam instar Verbi mente concepti & sic dicendo vel cogitando (dicere namq; puta internum, idem esse quod cogitare & decernere supra dictum fuit) sit genitus; Quam sententiam quoque habuerunt multi Patres *Basilus supra primum cap. Johannis, Gregorius Nazianzenus Orat. 2. de Filio, August. 9. de Trinit. cap. 20. Hunnius in cap. 1. Johan.* Id quod etiam de Verbo Dei ὑποστατικῷ potest asseri ex *Job. 1, 1. Pf. 33, 9. Eph. 1, 4.* Verum ex hoc tamen dicto inferri istud non potest, 1. quia hæc verba sunt Prophetica 2. quod non dicatur, *dixit Jehova ad meum Jehova*, sed לַרְבִּי ad meum Dominum, quâ voce non intelligitur Christus ut Deus, ex Substantiâ Patris ab æterno genitus, sed ut λόγος in tempore incarnatus & ad dexteram Patris collocandus. Quippè non ut Deus, sed ut homo sedet ad Dei dexteram.

§. 38. Quod autem Propheta dicat, דִּיְהוָה לַרְבִּי *Dixit Deus Domino meo*: Messia non denegat divinitatem, sed connotat, non quidem ex sui proprietate, sed ex attributionis certæ conditione. Est enim κατ' ἐξοχήν ἱερεὺς 1. *Tim. 6, 15.* Significat ἱερεὺς alias eum qui basis est & fundamentum alicujus structuræ: ut hinc Dominus appelletur, tanquam fundamentum familiæ: in Deo autem omnia consistunt, & sustentantur ab omnipotenti suâ manu. Sed in Christo quoque omnia consistunt. *Coll. 1, 16.*

§. 39. Connotat deindè officij speciem, quod is sit instar basis & fundamenti mundum sustentantis 1. *ratione mediationis* inter Deum & hominem, *Joh. 1, 26.* 2. *ratione acquisitionis* 1. *Cor. 6, 20.* ut si Pater & Filius ratione officij mediatorij conjungantur, appellatio Domini Christo peculiariter comperat, tanquam Domino, qui nos redemit. 1. *Cor. 6, 14. c. 8, 6.* 2. *Cor. 1, 3.* *Eph. 6, 23.* *Col. 1, 2, 1.* *Thef. 1, 1. c. 3, 11.* 2. *Thef. 1, 2.* 1. *Tim. 5, 21.*

§. 40. Ter-

§. 40. Tertio connotat *regni Christi majestatem*, quia Messias verus DEUS est, ad redimendum humanum genus in mundum missus: igitur regnum ipsius non est mundanum, sed divinum Joh. 18, 36. quâ etiam ratione David Messiam vocat suum Dominum. Si enim regnum mundanum haberet, David ipsum non appellaret suum Dominum. Huc aliqui referunt, quod *basis*, בַּיָּסוּד , ab בַּיָּסוּד , dicatur, perinde ac βασιλεύς sæpius exponaturq̄ uasi *βάσις λαῶν* fundamentum populi.

§. 41. Sequitur jam *Sessionis præconium*, quod sequentibus dicti verbis absolvitur: *Sede à dextris meis*. Qui locus cum sit difficilissimus, ab explicatione vocum prima lux haurienda erit, vocum scil. *dextera, sedis, & sessionis*.

§. 42. *Dexteræ homonymia* in sacris varia est, sumitur enim vel *proprie* vel *improprie*.

§. 43. *Proprie* sumta vox dexteræ oppositam sibi sinistram habet, estque corporea & localis, vel in manu, ut Gen. 48, 13, vel in situ loci Gen. 13, 9.

§. 44. *Improprie* dextera ad Deum relata est. Estque tum *alia Dei absolutè sumta*, *alia relatè*.

§. 45. *Dextera Dei absolutè sumta*, est omnibus tribus personis indivisa & communis; est illa δεξιά, quâ Christus homo Act. 2, 30. dicitur ὑψωθεὶς Act. 2, 33.

§. 46. *Dextera Dei relatè accepta*, est vel *Patris* vel *Christi*.

§. 77. *Patris dextera* est, quam Pater habet ἀγεννήτως & Filio communicata est per æternam generationem quoad Deitatem, per unionis gratiam, quoad humanitatem, & hæc est illa dextera de quâ hoc loco sermo est Ps. 110, 1. Sicuti illud probari potest
1. *ex Scripturæ locis parallelis* Rom. 8, 4. ad Coll. 3, 1. Hebr. 12, 2.
2. *Ab incommodo phræseos*: confer §. 63. Si enim ad dexteram absolutè sumtam sederet Filius, nùm sederet ad dexteram propriam, est enim ejusdem essentlæ cum Patre & Spiritu S: sederet etiam ad dexteram S. Spiritus, quam tamen phræsiologian ignorat Scriptura. 3. *probat Symbolum Apostolicum*, quo confitemur, sedet ad dexteram Patris. Hæc est illa dextera ad quam nullus angelus ascendit Heb. 1, 13. Quæ sinistram non habet, August. serm. 119 de tempore. Sicuti in Physicis maximum dari potest, etiamsi non
detur

detur minimum. Utinam quæstio sit, quam Bucanus movet: *annè, cum Christus sedeat ad dexteram, Pater sedeat ad sinistram?*

§. 48. *Dextera Christi* est, cui opponitur sinistra *Matth. 25, 33.* ad quam electi sedebunt, *Eph, 6, 6.* Φαρομένως dextera & sinistra Christi notant sublimiorem præ aliis beandis dignitatem *Marc. 15, 35.* ὄντως verò dextera Christi notat *felicitem cœlestem, Matth. 20, 33.* quæ definitur per *thronum agni, Apoc 3, 6.* per *sinum Abrahamæ Luc. 16, 22.* quo tanquam per convivij ideam felicitas ista depingitur; Sicuti enim convivia in sacris sæpius felicitatem cœlestem notant, *Matth, 8, 11. Luc. 12, 37. c. 22, 30.* ita quoq; hoc loco cum non nullis Theologis sinum Abrahamæ putamus esse explicandum, sumtâ metaphorâ à formâ accumbendi & discumbendi Judæis usitatâ. Huic dexterae *opposita sinistra*, oppositum malum notat, sc. infelicitatem æternam. Absurdi sunt *Photiniani*, ut *Enjedinus*, quibus etiam sese jungunt *Calviniani*, & quidam *Pontificij*, qui dexteram, ad quam Christus sedet, interpretantur de cœlesti beatitate, confundunt enim dexteram Patris cum dextera Christi.

§. 49. Rem ipsam quod attinet, consideranda venit, *Paternæ dexterae quidditas, & paternæ dexterae qualitas.*

§. 50. *Quoad quidditatem* est Dextera Dei principium agendi potentissimum, atque ideò dicitur *δεξιὰ δυνάμεως Matth. 26, 64.* dextera percutiens *Exod. 15, 16.* omnia mutans *Pf. 27, 11.* quæ virtutem facit *Pf. 118, 6.* δεξιὰ τῆς μεγαλοσύνης ἐν ὑψηλοῖς, *Heb. 1, 3.* ut ita sit infinita DEI potestas, divina, increata, nullo loco inclusa, à nullo exclusa, ubique efficaciter præsens. Sumta Metaphora à dextera hominis, quæ motui semper aptior est quam sinistra, *Arist. de incess. animal. cap. 4.* Unde Orienti quoque dextera adscribitur, cum in oriente natura credatur esse vegetior.

§. 51. *Quoad qualitatem* dextera est *1. Spiritualis*, non corporea, non localis, sicuti nec ipsum cœlum locale est, quod Christus invalit, quemadmodum volunt Pontificij *Bellarmin. l. 3. de Christo cap. 12. Greg. de Valent. Tom. 4. Diss. 2. quest. 6 & Calviniani, Sobnius in August. Conf. pag. 293. Zanchius part. 1. de operibus*
6. dierum

6. dierum l. 1 cap 3. πῶς γὰρ ὁ ἀπερίγραπτος τοπιὴν χεῖρ δεξιάν,
 Damascenus Nam, primò, omnipræsentia dexteræ Dei repugnat,
 localitati. Secundò, repugnat verbum Christi *Matth.* 25, 31. Ete-
 nim, si Christus sedens in nubibus dicitur sedere ad dexteram DEI,
 utiq; dextera Dei non erit certus aliquis locus, a iàs Christus reli-
 quisset locum *Heb.* 10, 12. 2. Est dextera gloriosa *Heb.* 1, 3 c. 8 1.
Heb. 12, 1. ὑπεράνω πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας καὶ δυνάμεως καὶ
 παντὸς ὀνόματος *Eph.* 1, 12. adeoque suggestus Paternæ claritatis
Tertull. lib. de carne Christi. 3. Dextera omnipræfens *Pf.* 39, 7.
Esa. 48, 13. 4. Infinita, quia Deus infinitus est. 5. Mirifica *Pf.* 27, 11.
 6. Dextera Spiritûs S. effusiva *Act.* 2, 32. c. 5, 31. Uno verbo, dextera
 divina.

§. 52. Porro sedes, sive thronus, licet realiter à dextera non
 differat, differt tamen ratione.

§. 53. Estque iterum vel thronus Patris, *Heb.* 12, 2. vel thronus
 agni.

§. 54. Thronus agni est electis communicabilis *Apoc.* 3, 21.
 c. 22, 1, non item thronus Dei sive Patris, qui nullam personam,
 quæ Deus non est, sustinet σύνθετον.

§. 55. Nobis iterum de throno Patris hic sermo est, cujus
 videnda quidditas, & qualitas.

§. 56. Quoad quidditatem thronus Dei, est ipsa Majestas,
 splendor, opulentia ac magnificentia divina, sicuti forsân thronus
 Salomonis describitur *1. Reg.* 10, 8. 2. *Paral.* 9, 17. ratione diffe-
 rens à dexterâ divinâ ad eum modum, quò majestas à divinâ po-
 tentia differt, ut hinc dextera throno præsupponatur.

§. 57. Quod qualitatem thronus icidem est 1. Spiritualis, *Matth.*
 25, 2. Gloriosus flammis & sapphiro coruscus *Dan.* 7, 9 *Ezech.* 1,
 26. 3. Omnipræfens *Esa.* 66, 1. 4. Infinitus *Heb.* 1, 8. 5. Gratosus
Heb. 4, 16. id quod etiam Iridis ambitu significatur *Apoc.* 4, 3. Vide
 quæ maximus Theologus nobilissimus D. Hoe ab Hoeneg in
 Com. suorum lib. 2. in hunc l. commentatur. 6. thronus sancti-
 tatis Θεόν & ἁγίος *Apoc.* 20, 11. Vno verbo, sublimis ac divinus
Esa. 6, 2.

§. 58. Sessio quoque explicanda est, quæ varia significata ha-
 bet. 1. Notat in genere quietem, motui & stationi oppositam.

C

Quo

Quo pertinet oppositio vecturæ & sessionis super Cherubin. Cum enim Deus adhuc militaret contra Cananæos pro populo Israel, dicebatur vehi & equitare super Cherubin. 2. *Sam.* 22, 11. *Psal.* 18, 11. Sed postquam populus suus in promissam terram devenisset, dicebatur sedere super Cherubin. 2. Notat habitationem & comorationem peregrinationi oppositam, *Luc.* 24, 49. quomodo *metalepticè* quemvis habitum dicimus inesse subjectis, ita *Martial.* l. 1. *Epigram.* 90. Adeonè penitus sedet tibi hic morbus. 3. Sedere idem est quod *dominari* & *Judicare* ideoque opponitur verbis *standi*, tanquam *verbis ministerij*, *Exod.* 21, 5. *Deut.* 17, 18. 1. *Reg.* 1, 13. 2. *Thes.* 2, 4. *Apoc.* 17, 1. Omnibus tamen tribus modis Deus sedere dicitur. 1. quidem, ut supra traditum est. 2. quatenus gratiosè præsens est, & super Cherubin inhabitat. 1. *Sam.* 4, 4. 3. quando in throno sedet assistente exercitu cœlesti, 1. *Reg.* 22, 19. *Esa.* 6, 1. *Dan.* 7, 9.

§. 59. Exterminis *simplicibus* sequitur *phrasis complexa* sessionis ad dexteram Patris, quæ ut rectè intelligatur, tria sunt advertenda, 1. *Phrasium distinctio*, 2. *falsæ sententiæ remotio*, 3. *Vera & orthodoxæ positio*.

§. 60. Affines phrasæ sunt, *habere dexteram*, *esse vel stare* alicui à *dexteris*, & quod correlativè idem est, *habere Deum* à *dextris*, quæ tamen locutiones longè differunt à *sessione ad dexteram*. Etenim Filius Dei *ἀσθεν* & habet dexteram, sed quæ *ἀσθεν* & non sedet ad dexteram. Habet & humana natura in statu exinanitionis dexteram, sibi ex gratiâ unionis communicatam, per quam potens valensque facta est, non tamen in exinanitione sedet ad dexteram. Differt enim fundamentum sessionis, quæ est unio humanæ cum divina natura, ab ipsâ formali ultimataque sessionis ratione, quæ in statu exaltationis deniq; consummatè accessit. Ita differunt *habere Deum à dexteris* & *sedere ad dexteram Dei*, quæ tamen confundit *Enjedinus* in hunc locum. Nam habere Deum à dexteris, cuiusvis fideli compar est, ut *Stephano Act.* 7. 56. & Christo ipsi in exinanitionis statu *Psal.* 16, 8. quo tamen durante nondum sedit ad dexteram, vide *Excellentiss. D. Jacob. Martin.* l. 1. *de tribus Elohim. cap.* 25.

§. 61.

§. 61. *Ἄσις* sive *remotio falsarum sententiarum* hæc est. Sessio
 ad dexteram Patris Christo tributa 1. *non est sessio corporalis & otio-*
sa, qualis illa est *Job. 4, 6.* hæc enim sessio est quæ competit Chri-
 sto in æternum. *Heb. 10, 12.* 2. *non est collatio honoraria*, nuda
 sine regimine, sublimior honore Patris, qualis fuit *1. Reg. 2, 19.* &
 quam fingit *Maldonatus* in h. l. p. 76. Ubi inter alia etiam hoc u-
 titur argumento, quod audito nomine Jesu capita detegamus,
 non item audito nomine Dei. Verum Ecclesiæ insinuata est
 hæc reverentia ab Apostolo ut *Philip. 2, v. 10.* ut habeat istū hono-
 rem nomini Jesu, tanquam compendio revelationum & beneficio-
 rum totius S. S. Trinitatis, & hoc pronunciatum & honorato, non
 exclusivè ad solum Christum feratur devotio, sed ad universum
 salutis fontem, id est ad totam S. S. Trinitatem. 3. *Non est do-*
minatio finita, sive media & œconomica, qualem *Crocus* appellat,
desen. 2. part. contr. Pruten. p. 160, inter divinam & angelicam;
 qualem etiam sententiam movent *Sociniani* & plerique *Pontificij*
 ut enim nulla intermedia creatura est inter Deum & angelos;
 ita etiam nullus intermedius honor. 4. *Non est idem sessio ad*
dexteram absolutè, quod regnare cum Patre. Hoc enim, est re-
 gnare per naturam seu *ἰσίου*, illud est regnare per gratiam, sive
 per *ἐξ ἰσίου*. 5. *Sessio non est esse æqualem Deo Patri.* Licet
 enim Deitas Christi exinde demonstrari possit, cum nulla persona
 in thronum Dei subvehi queat, nisi æqualis Deo; formalis tamen
 ratio in eo non consistit. Nam *λόγος* ante incarnationem,
 & Christus ante exaltationem fuit æqualis Deo Patri, & tamen
 non sedit ad dexteram Patris. 6. *Nec est collatio ὑποτάσιως,* ob-
 stat enim ordo symboli & ordo temporis. 7. *Nec patefactio glo-*
rie, sive universalis sive particularis. Non particularis, quia hæc
 facta fuit etiam antequam sederet, *Job. 2, 11.* non universalis, quia
 hæc demum expectanda *Heb. 2, 8.* dum interea dominatur ho-
 stibus, *Act. 7, 55.* 2. Patefactio gloriæ suscipit magis & minus,
 non item sessio.

§. 62. *Positio Orthodoxæ sententiæ* hæc est, quod sessio non
 sit quies generaliter sic dicta ab officio, sed passionibus & cursu
 vitæ in exinanitione: & specialiter dominatio throno & divinæ
 dexte-

dexteræ congrua, adeoque sit. 1. *dominatio honoratissima*, quæ
nulla sit excelsior. Frustranea est quæstio de prærogativa dexte-
ræ quam movet Antonius Nebrissenſis cap. 39 quam arripit Bel-
lar *l. 1. de Rom. Pont. cap. 27.* & Baronius in annal Tom. 2. ad
annum. 213. n. 6. Prærogativam dexteræ enim demonstrat
& Stylus Biblicus & mos Hebræus *Gen. 47, 13.* 2. *Est dominatio
potentissima & efficacissima, spiritualis, gloriosa, infinita, simplicis-
sima.* uno verbo *Divina* juxta naturam dexteræ & throni divini:
nam. 1. qualis est sessio Patris in throno, talis etiam est sessio
Filij, hi enim in essentia conveniunt. At sessio Patris est infini-
ta. Ergo. 2. Qualis thronus & dextera, talis dominatio. At
thronus, in quo Christus confedit est infinitus, & gloriosus & ef-
ficax. Ergo. Unde miramur conversionem Pauli, compunctio-
nem Auditorum Pentecostalium, defensionem Ecclesiæ per ho-
ſtes Ecclesiæ. Confer *Psal 110, 1. Psal. 2, 8. Jos. 16, 4. Esa: 27, 10.*
quæ dicta de prostratione ad scabellum pedum loquuntur. Con-
fer 2. dicta, quæ loquuntur de emissionem Sceptri gationis in univer-
sum orbem, sceptri Regenerativi, conversivi adeoque miraculose *Rom.*
1, 16. Heb. 4, 12, 2. Cor. 4, 6. c. 5, 19. Vide quæ Lutherus commen-
tatur de hac Virga Tom. VII. Jen. in *Psal. 110. vers. 2.* Confer. 3.
dicta, quæ de cultu ejus religioso loquuntur, *Psal. 110 3. Psal. 2, 5*
Heb. 5, 9 Luc. 1, 33. 1. Tim. 6, 15. Heb. 1, 6. Confer 4. dicta quæ
Ἰαυμα/8γία explicant, *Marc. 16, 20.* & elargitionem Charisma-
rum *Eph. 4, 7. ut & effusionem Spiritus S. Act. 2, 33.* Confer, 5. di-
cta, quæ loquuntur de dominatione super angelos, quibus non
est communicatum dominium perinde ut Christo ad *Heb. 1, 13.*
Denique. 3. *Est dominatio à Dei Filio, vi unionis personalis &
exaltationis in omnes creaturas exercita.* Schröderus cap. 4 *sceptr.*
p. 235. definit: Sessio Christi ad dexteram est dominatio sive
gubernatio rerum omnium, per divinam potentiam & sapien-
tiam, Christo per generationem æternam, & per exaltationem
temporalem communicata; ad differentiam Dominationis *λόγος
ἀσάπης & ἐνοσίχνης* ad huc in exinanitione versantis.

§. 63. Ex hisce dictis concludimus 1. Quod collocator Filij ad
dexteram Patris, sit ipse Pater, cui opus exaltationis, sæpè ascribi-
tur,

tur, non tamen excluso Spiritu S. aut etiam Filio, qui sicut propria virtute dicitur coelos ascendisse, ita etiam à dexteris Dei sedisse, semetipsum vivificasse *Job. 2, 19. c. 10, 17, 18.* Licet Pater quoque dicatur ipsum reluscitasse à mortuis ad *Rom. 6, 4. Eph. 1, 20. 2.* Quod Sessor sit Christus *Ἰεσῦς* *Rom. 8, 34. Apoc. 3, 21.* non *λόγος ἀσάρκως.* Licet enim Esaias Filium Dei *ἀσάρκων* viderit sedentem in throno *cap. 6, 1.* & Dominus Domino etiam *ἀσάρκω* dixerit *Pf. 110, 1.* tamen hæc in Spiritu facta sunt, quatenus Esaias & David verâ fide amplexi sunt futuram incarnati exaltationem. 3. Quod natura, secundum quam hæc sessio Christo competat sit *humana*, contra *Bellar. de incarnat. l. 3. c. 15.* firmat istud 1. locutionis proprietates, nam *καθῆσθαι* collocari propriè est ejus naturæ, quæ est alicujus perfectionis capax. 2. *Contrariorum natura*, privatio & habitus versantur circa idem subjectum, Ergo quæ natura fuit exinanita, ea etiam fuit exaltata. *Menzerus in Antimart. 449. Chemnit. c. 28. de duab. nat. 4.* Quod *Sceptrum* sit *virga virtutis à Sion emissa*, potestas regia, potestas lingvarum & miraculorum, Spiritus S. autoritas mundi conversiva, potestas gratiosa & gloriosa. 5. *Subditi* sunt populus *spontaneus*, cujus generatio describitur *Pf. 110, 3.* 6. Quod *hostis* sit Antichristus, & Satanus, & qui hunc sequuntur. 7. Quod *dominandi modus* sit potentissimus, sicut dextera est potentissima. Deniq; 8. quod *terminus inceptions hujus Sessionis*, non sit momentum unionis, sed id, quod ascensionem in coelos præsupponit *Marc. 16, 19. Luc. 22, 69. Eph. 1, 20. Luc. 29, 26. Heb. 1, 3. c. 12, 2. Job. 17, 5.* quippè Christus in statu exinanitionis non sedit ad dexteram Patris, licet sessionis fundamentum in momento unionis jactum fuerit. Et quidem ratione hujus fundamenti Formula concordia pag. 608. Christi Exaltationem & sessionem ad dexteram ad ipsum incarnationis momentum restringit.

§. 64. Finis denique ac fructus sessionis est *κεφαλαίωσις* *Eph. 1, 20, 22. Col. 1, 18.* ubi tamen aliud est dari in caput, aliud esse caput, cum illud Christo secundum humanitatem competat, hoc secundum utramq; naturam.

§. 65. Tertium denique membrum est *de sessione hac durationis testimonium*, Id quod exprimitur ultimis hujus dicti verbis: *donec*

ponam inimicos Scabellum pedum tuorum. Quibus subinnuitur
 1. *æterna sessionis duratio.* Illud enim particula Υ demonstrat, quæ
 hoc loco æternitatis connotativa est, sicut supra monitum fuit. Et
 loca Scripturæ alia demonstrant 2. *Sam.* 2, 13, *Luc.* 1, 32. *Heb.* 10, 12.
 Ubi Syrus expressè ait, quod Christus דלעל sedeat ad dexteram
 Dei. 2. *Perfecta hostium subjugatio.* Illud enim perfectè dicitur
 esse subjectum, quod pedibus conculcatur. Fiet autem ista Sub-
 jectio hostium die ultimo pantocritico, explicante id Apostolo
 1. *Cor.* 15, 22, 23. Interea dum Ecclesia in his terris adhuc peregrinatur
 & militat, 2. *Cor.* 5, 6. nondum omnia videmus ipsi esse subjecta,
Heb. 2, 8.

§. 66. Fallunt ergo Sociniani, qui putant Christi regnum
 non duraturum esse in æternum, ex malè intellecto 1. *Cor.* 15, 24,
 & 28. *Smalcus in refut. thes. Scop. de Trinit. pag.* 34. Opponimus
 enim ipsis præsens d. ctum, ut & 2. *Sam.* 7, 12. *Dan.* 2, 44. 2. *Pet.* 1,
 11. *Apoc.* 11, 15. Paullinæ verò Orationis 1. *Cor.* 15, 24. genuina
 sententia est, illud Christi regimen finiendum, quo inimicis suis
 expugnandis occupatus fuit, ut illos sibi subjiceret interprete ipso
 Paulo *vers.* 25, 26, & *seqq.*

SECTIO QUARTA ET ULTIMA.

De

Præsentia θεοπροσωπια universali, gratiosa, gloriosa,
 ex sessione ad dexteram tanquam causâ
 profluente,

§. 67. Animus nunc est, demonstrare, quod præsentia huma-
 næ naturæ in regno potentia, gratia, & gloriæ, universalis, gra-
 tiosa & gloriosa, ex gloriâ sessionis ad dexteram profluat, idq; ad
 retundendam duplicem calumniam, *unam* Pontificiorum, *alteram*
 Calvinianorum.

§ 68. Pon-

§. 68. Pontificij calumniantur, dogma hoc de carnis Christi præsentia universalis, ante Lutherum ignotum, in Augustanâ Confessione non propositum, sed nudius tertius demum inventum esse, eaq; de causâ nos Passaviensis pacis incapaces fuisse. *Dilingenses compos pacis p. 42. c. 2. quæst. 13. pag. 42.* Negant quoque ex tertio A. C. articulo hanc doctrinam posse colligi *c. 2. num. 31.* imò repugnare *Articulo 10. cap. 6. n. 52. & 54.* Sed re nostra comprobata, calumnia semetipsam proder.

§ 69. Beindè Calviniani calumniantur, qui non modò ob hanc doctrinam nos hæreseos accusant, *Ameſius l. 4. de conf. cap. 4 pag. 161.* Sed & multa contra nos argumenta proferre allaborant, quæ tamen scopum nunquam tangunt. Urgent certum nativitatis locum, veritatem resurrectionis, ascensionem in coelos, ac si nos istos articulos nesciremus; ac si nos universalem præsentiam carnis Christi plenariè actu secundo exhibitam profiteamur, antequam dexteram Dei occupasset. Verum est, Christum in utero Mariæ conceptum, non fuisse in utero Elisabethæ: Christum non fuisse in sepulchro, ubi resurrexerat: Christum non disparuisse, ubi in cœlum ascenderat. Sed illud quoque verum est, Christum, per sessionem ad dexteram, in universalis præsentia plenarium usum pervenisse.

§. 70. Statum ergò quod attinet, omnipræsentiam Christi secundum carnem, *primo, directè* elicimus certissimis argumentis. *Primum esto:* Quæcunq; natura evecta est ad regnum divinum, illa substantiâ præsentem gubernat, tum universalis, tum gratiosâ & gloriosâ gubernatione, hæc enim natura est divini regni, ut sit infinitum, & creaturis non operatione modo & potestate, sed & essentiâ propinquum. Et hæc quoque ratio est divinæ præsentia, ut cœlum & terram impleat, *Jer. 23, 23.* At caro Christi evecta est ad regnum divinum *Joh. 18, 63. Eph. 1, 23 c. 4, 10.* Ergo caro Christi substantiâ præsentem gubernat, & quod sequitur, non extensione locali, aut expansione, aut multiplicatione corporis, sed *θεως* præsentiam suam exhibet: aliàs enim *ratione modi* præsentia non esset divina, nec regimen esset divinum, sed mundana & Physica omnia forent. *Secundum:* Quæ natura sedet.

det ad dexteram omnipræsentiæ, in throno omnipræsenti, eam ipsa est omnipræsens. At caro Christi &c. *Tertium*: Omnis actus officialis competit Christo secundum utramque naturam; omnipræsens gubernatio est actus officialis, sive *δποτέλεσμα*, nam attributum Deitatis non est naturale, sed liberrimus voluntatis ejus actus. Menzerus disp. 15. Tom V. Giesi thes. 18, 9. §. 4. Ergo.

§. 71. *Secundò, indirectè* probamus ex sensu *Judeorum*, illi enim ex *Act. 7, 56*. ubi Christus dicitur stesisse ad dexteram Dei, exinde concludunt, ad gloriam ipsius omnipotentia: unde ad verb. Stephani, ac si blasphema essent, aures obturarunt, & quæ blasphemiam poena erat, lapidatione ipsum enecarunt.

§. 72. *Triplex verò præsentia* Christi est, quæ ex sessione ipsius ad dexteram promanat, *universalis, gratiosa & gloriosa*.

§. 73. *Universalis* est quæ omnia implet. *Eph. 1, 23*. Implet autem secundum humanitatem, secundum quam ascendit. Nam si Deitate solâ voluisset omnia adimplere, ascensione non opus fuisset cum ea natura etiam ante ascensionem omnia impleat. *Jam impletionis objectum sunt, τὰ πάντα Eph. 1, 23*. ut impletio humanitati Christi attributa, necessariò ipsius omnipræsentiæ inferat. *Nec, enim πλήρωσις h. l. Vaticiniorum impletionem* infert, quia hæc non sunt τὰ πάντα, quæ dividuntur in *ἀνώτερα καὶ κατώτερα*. *Nec infert impletionem donorum Ecclesiae*, nam nec τὰ πάντα, dona Spiritus S. sunt, nec τὰ πάντα donis Spiritus S. implentur. *Nec successivam partium impletionem* infert, quia hæc angelis potest competere; nec tamen ista completio totalis est, quæ esse debet. *Nec deniq; effectivam impletionem* infert, quæ operationibus tantum implet, sicuti sol aerem implet non, corpore, sed radijs & operatione: quia impletio hæc omninò *divina* est.

§. 74. Deinde est *gratiosa præsentia* quam describunt phrasæ, nobiscum esse. *Exod. 34, 2. Jud. 6, 12. Esa 41, 10. 11. mediò nostri Ezech. 34, 24. in medio nostri habitare Exod. 33, 8. Lev. 26, 11. esse in nobis 1. Cor. 3, 16. ambulare in nobis Exod. 33, 16. Deut. 23.*

44 huc

44. huc Augustini dictum, *de ambulatione eius* (ut æconomi in horto) *est cordibus Sanctorum delectari*, Quæ tamen præsentia Dei gratiosa non est sola operatio gratiæ, sine propinquitate subiecti: hæc enim repugnaret infinito regimini; sed est illocalis substantiæ propinquitas cum benignâ operatione juncta, eaque propinquitas specialis est à generali distincta; ita tamen ut Generalem & Universalem præsupponat.

§. 75. Hæc præsentia gratiosa, in Ecclesia & cordibus fidelium Christo, ut *homini*, quod competat, patet ex *ipsis potentia, ex voluntate & ex facto*.

§. 76. *Potest* carnem suam nobis in terram præsentem sistere, quia est omnipotens *Matt. 28, 18.*

§. 77. *Vult* quia promittit, *partim* vaticiniis *Esa. 9.* Immanuel vocabitur; *partim* apertis promissionibus *Matt. 18, 20, 19. Matt. 28, 20.* *Ego sum vobiscum*, ubi notandum, tò ego notare totam personam, & totius personæ utramque naturam.

§. 78. *Facti* probatio constat. *ex apparitionibus*, in historiâ sacrâ notatis, *Act. 7, 56.* Stephanus vidit Christum stantem à dexteris *Act. 9, 5. & 27.* Paulus in viâ Damascenâ vidit Christum, ubi advertimus 1. reverâ à Paulo fuisse visum Dominum, *vers. 27, & cap. 22, 14.* 2. Visum esse Dominum *non visione ecsticâ*, ut *Act. 20, 18.* Sed *corporali*, ex quâ efficax argumentum pro asserendo Apostolatu postea de promittit *1. Cor. 9, 1.* & probavit se esse oculatum testem resurrectionis. 3. visum non in cælo beatorum, id enim per naturam fieri non potuit, miraculum autem probari nequit: sed in aere supæro, in luce vicinâ, splendorem solis superante *cap. 26, 23.* quâ sideratus Paulus cecidit in terram, quod de luce remotissimâ dici non poterit. 2. Præcipuum testimoniû hujus præsentia, est *Præsentia Sacramentalis* summi amoris Spiritu & Corpore sese nobis unientis inditium. Amor enim est affectus unionis. Hac autem unione, quâ fideles Corporis & sanguinis Christi fiunt participes, nulla potest esse arctior *Hutt. in Anti Jren. c. 13. p. 88.*

§. 79. Superest tertiò *præsentia Deav. & πωπs gloriosa*, quæ describitur, per esse in manu Dei *Sap. 3, 1.* per habitare cum San-

D

ctis

Etis Apoc. 7, 15. c. 21, 2. per esse nobiscum Apoc. 21, 3. non amplius
ut ducem in militia, sed brabeotam in triumpho. Per esse cum
Christo Luc. 23, 43. Job. 17, 24. Phil. 1, 23. per denique esse o-
mnia in omnibus, 1. Cor. 15, 28. non per abolitionem aut trans-
mutationem creaturarum in Deum; sic enim non esset omnia
in omnibus, sed solus in nullis. Erit, non tantum operabitur;
omnia, non quædam; in omnibus scilicet electis. Svaviter Theo-
phylactus loquitur in hunc locum: Cum peccatum porrò non
fuerit, Deus omnia in omnibus erit, quando non amplius moti-
bus & affectibus succubuerimus: ita ut Deo similes, & solius
Dei capaces futuri simus. Omnia lanè tum nobis Deus erit,
& cibus, & potus, & cogitatio & indumentum, & motus.

Apoc. 5, 13.

*Sedenti in Throno & agno benedictio, &
honor, & gloria, & potestas, in se-
cula seculorum.*



Clariss-



Clarissimo Viro

M. ALBERTO GUNZELIO

Collegij Philos. Adjuucto

de

Sessione Christi ad dexteram Patris

disputanti.

Quid est sedere Patris ad dextram Dei, (dit,
Qui rerum habenas temperat, quas condi-
Quid, quàm tenere quod Pater sceptrum tenet,
Nec esse Patrem, sed parem Patri tamen
Potentiâq; & Numine atque gloriâ,
Quâ nulla major; sola quæ cuncta eminent
Penitusq; transit? Digna res acumine
GUNZELIANO, & erudita industriâ,
Cui victus omnis & triumphatus furor
Arriq; multiformis, atque immanibus
Qui cor tenebris perfidum latè obsitus
De luce nomen traxit in cassum sibi,
Laudem decusq; doctioris indolis
Illustre donant, vindicato Filio;
Cui summa demunt, omnia ut tribuant Patri;
Et quem fatentur filium, Deum negent.
O quanta, AMICE, laurus in caput venit!

Augustus Buchnerus.

XX

XX

M. ALBERTO GUNYELLO

Collegi Philo. Augusto

XX

XX

XX

XX

XX

XX

XX

XX

XX

XX

XX

XX

XX

XX

XX

XX

XX

XX

XX

XX

XX



05 A 1744

ULB Halle
003 785 998

3



VD 77

Sub



